

**2717** L. Cornelio | C. f. Gal. Celso | Ilvir., praefecto | orae maritumae | cohortis I et II, | Pompeia Donace | uxor.

*Tarracone (II 4266 vidit Huebner).*

**2718** divi Iuli flamini, | C. Antonio | M. f. Volt. Rufo | flamini divi Aug. | col. Cl. Aprensis<sup>1</sup> et | col. Iul. Philippens., | eorundem et principi, | item col. Iul. Parianae, | trib. mil. coh. XXXII voluntarior., trib. mil. leg. XIII | Gem., praef. equit. alae I | Scubulorum, | vic. II.<sup>3</sup>

*Alexandriae Troadis rep., nunc Londinii (III 586 cf. p. 977 vidit Huebner). Praeterea bases innotuerunt similes tres, in quarum una in fine est vic. VII (haec hodie extat Catai prope Patavium), in altera vic. VIII, in tertia fuit vic. IX. — 1) Colonia Apros Thraciae (Plin. hist. n. 4, 47). — 3) De vicis Alexandriae cf. supra N. 4018 not. 2.*

**2719** . . [S]atrio Q. f. Hor. Sep|. . . . to IIIvir. viarum cur[an]-da]rum, tribuno militum I[eg. | sec]undae Adiutricis p. f., donis [mi]li[tari]bus bello Suebico it[em | Sar]matico<sup>1</sup> corona murali coro[na | val]lari hastis puris duodus (*sic*) vex[ill. | ar]genteis duobus, optioni tribun[or. | le]gionum quinq.<sup>2</sup>, quaest. pro[pr. | pr]ovinciae Cretae et Cyren[ar., | tr]ib. plebis, praetori, | patrono municip[ii, | ex]testamento fili eius | [L.] d. d. d.

*Potentiae in Lucania (X 455 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 4017 not. 3. — 2) Optio tribunorum legionum quinque hoc solo loco nominatus videtur esse tribunus militum is qui vexillationibus legionum quinque cum suis tribunis missis in expeditionem aliquam collegis, fortasse per optionem eorum, praeesset (Mo.).*

**2720** Q. Attio T. f. | Maec. Prisco | aed., Ilvir. quinq., | flam. Aug., pontif., | praef. fabr., praef. coh. I | Hispanorum et coh. I | Montanorum et coh. I | Lusitanor., trib. mil. leg. I | Adiutric., donis donato | ab imp. Nerva Caesare Aug. | Germ. bello Suebic.<sup>1</sup> coron. | aurea hasta pura vexill., | praef. alae I Aug. Thracum, | plebs urbana.

*Serravalle in Liguria, ubi fuit Libarna (V 7425 ad quattuor exempla antiqua). — 1) De bello cum Suebis ad Danuvium gesto a. 97 cf. Mommsen Herm. 3 p. 416.*

**2721** [L.] Calpurnius L. f. Ouf. | Fabatus<sup>1</sup> | VIvir,<sup>2</sup>, IIIvir. i. d., praef. fabr., | trib. iterum<sup>3</sup> leg. XXI Rapac., | [pr]aef. cohortis VII Lusitan. | [et] nation. Gaetulicar. sex | quae sunt in Numidia, | [f]lam. divi Aug., patr. munic., | t. f. i.

*Comi, lapis evanidus (V 5267 vidit Mommsen). — 1) Prosocer est Plinii iunioris, et apud hunc passim nominatus et apud Tacitum ann. 16, 8. — 2) Haec paene evanida sic legit saec. XVI Iovius (seviri ingenui saepius reperiuntur Comi). — 3) trib. iterum probabile neque tamen certum esse ait Mommsen.*

**2722** C. Cornelio | C. f. Vot. | Miniciáno<sup>1</sup> | praef. coh. prím. | Damasc., trib. mil. | legiónis III August., | praef. fabr., curatóri | reip. Otesinórum<sup>2</sup>, | IIIviro i. d., pontifici, | flámini divi Claudií | Bergomi, patróno, | flámini divi Traiani | Medioláni, | plebs urbán.

*Bergomi (V 5126 bis ut videtur descripta saec. XV/XVI). — 1) Amicus Plinii iunioris, ad quem ille dedit epistulas 3, 9, 4, 11 et cui tribunatum militarem*